


SACRA CONGREGATIO
PRO CULTU DIVINO

Notitiae

VOL. VI

1970

CITTÀ DEL VATICANO



Un'adorazione comune potrebbe così articolarsi:

- lettura della Bibbia con brevi commenti alla Parola di Dio;
- pause prolungate di silenzio per la riflessione sulla Parola ascoltata;
- canti, preferibilmente, di salmi;
- preghiere litaniche per le varie intenzioni che devono riguardare prevalentemente i grandi bisogni della Chiesa.

Per valorizzare, nel senso di « aiutare » il rapporto personale, il colloquio con il Signore si dovrà distinguere tra « adorazione comune » e « adorazione privata »: nel primo caso: lasciando momenti per la preghiera silenziosa e personale; nel secondo caso, mettendo a disposizione sussidi, per es.: raccolta di preghiere eucaristiche, di riflessioni eucaristiche, di letture bibliche appropriate.

Ciò che conta è un uso intelligente della Bibbia per far intendere che Colui che è presente e operante nell'Eucarestia, è il Messia atteso e prefigurato, è il Cristo che ora continua l'opera affidatagli dal Padre mediante lo Spirito Santo, è il Capo di cui la Chiesa è corpo e ciascuno di noi le membra, è il Vivente cui è legata la speranza di ogni creatura, è il « principio e la fine » di tutta la storia umana.

Nel quadro biblico-liturgico le « giornate eucaristiche » debbono avere una schietta finalità cristocentrica.

A conclusione di queste direttive pastorali tutti i sacerdoti ricordino che « per assolvere rettamente questo compito, debbono, in primo luogo, non solo avere presente l'insieme della dottrina della fede contenuta nei documenti del magistero, ma anche penetrare più profondamente con il cuore e con la vita nello spirito della Chiesa su questo argomento. Solo allora potranno agevolmente discernere quali aspetti di questo mistero saranno più convenienti ai fedeli nelle varie circostanze » (*Euch. Myst.* n. 5).

Scholion

In Notitiae 52 (martio 1970, pp. 102-103) *articulum memoravimus notae periodici « Paroisse et Liturgie » mensis ianuarii 1970, pp. 80-81. Adnotatum est articulum illum, etsi pastoraliter apertum erga phenomenon iuvenum « drogae » deditorum, minime huic malo indulgere voluisse; et schema celebrationis eucharisticae, in eodem articulo propositum, non fuisse praesentatum tamquam instrumentum educationis vel reformationis pro iuvenibus a vitio retrahendis: quam distinctionem libenter accipimus.*

AD INSTITUTIONEM GENERALEM MISSALIS ROMANI

33. *Quid intelligendum sit sub nomine « peculiaris celebratio sollemnior », in qua Gloria cantari debet?*

Resp. « Peculiaris celebratio sollemnior », iuxta locutionem n. 31 *Inst. gen.* in qua *Gloria* cantari debet, intelligenda est celebratio, quae fit cum sollemnitate vel cum concursu populi.

34. *Utrum facienda sit consecratio alicuius altaris, cuius mensa e materia lignea vel ferrea conficiatur?*

Resp. *Affirmative.* In n. 263 *Inst. gen.* dicitur: « Iuxta traditum Ecclesiae morem et significationem, mensa altaris fixi sit lapidea ... Attamen etiam alia materia digna, solida et affabre effecta, de iudicio Conferentiae Episcopalis, adhiberi potest ». Consecratio peragenda est secundum morem acceptum, donec novus ritus promptus sit.

35. *Utrum formula benedictionis altarium mobilium parata sit et ubinam inveniatur?*

Resp. Ad normam n. 265 *Inst. gen.* altaria mobilia benedicuntur possunt. Formula benedictionis nondum parata est.

36. *Num in consecratione vasorum sacrorum, quae non e materia aurea sint confecta, adhiberi debeant formulae Pontificalis Romani?*

Resp. *Affirmative.* Vasa sacra, e quacumque materia confecta, dummodo sit solida et nobili, de iudicio Conferentiae Episcopalis, sunt benedicenda vel consecranda iuxta ritus in libris liturgicis receptos (cfr. *Inst. gen.* n. 296). Formulae adhibendae sunt adhuc e Pontificali Romano, adiuncta unctione chrismatis pro consecratione.

37. *Utrum Missa exsequialis celebrari possit in octava Nativitatis et Paschatis?*

Resp. *Affirmative.* Ad normam n. 336 *Inst. gen.* inter Missas defunctorum Missa exsequialis celebrari potest omnibus diebus, exceptis sollemnitatibus de praecepto et dominicis Adventus, Quadragesimae et Paschae. Ergo etiam in octavis Nativitatis et Paschatis.